

Paul Tarnow

**Programma, In funere ... iuvenis, Dn. Johannis Heermannii, Quod curabat mater
vidua moestiissima, Telesia Beselins, filio suo ultimo, ad diem XXV. Iunii, hora
media prima, in templo Mariano, anno cl I CXXX. : P.P. ut codem omnes
academiae cives convocarentur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771013000>

Druck Freier  Zugang



Tarnow, P.,

in J. Heermann.

Rost. 1630.

3



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771013000/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771013000/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA,
in funere

Doctrina & virtute ornatissimi
jovenis,

DN. JOHANNIS
HEERMANNI,

Quod curabat mater vidua mæstissima,
TELESIA BESELINS,
filio suo ultimo,

ad diem XXV. Junij, hora media prima, in templo
Mariano, anno c I^o, I^o CXXX.

P.P. ut codem omnes academiæ cives con-
vocarentur.



ROSTOCHI
TYPIS JOACHIMI PEDANI ACAD. Typ.

74
6.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
PAULUS TARNOVIVS,
D.& Professor S.S. theologiæ.

Dermulta sunt, quæ de impervestigabilibus DEI vijs & de inscrutabilibus ejus judicijs ratio humana, quia comprehendere non potest, reprehendere non veretur. Horum non postremasunt, quæ de iniquitate sortis bonorum in hac vita, & de celeritate mortis eorundem saepe conqueri nonnullos audimus, quibus indignum videtur pios calamitatibus affici & exerceri, florentibus interim omni externa felicitate impijs, & hujus lucis usuram longiorem non indulgeri ijs, qui ea præ ceteris dignissimos se gesserunt, cum vita longævior saepe etiam obtingat ijs, qui nec Deo, nec sibi, nec alijs honorant emolumento esse student. Nos vero, qui
oracu-

148

Oraculis divinis edocti sumus, justum esse Do-
minum, & rectum ejus judicium, certo scimus,
& confidimus, μηδεὶς ἀλλος ἔνας περὶ τῷ λόγῳ πολὺ^{μετέπειται}, καὶ οὐκέπις ζω φαίνεται, h.e. nihil rerum
nostrarum fieri citra rationem apud summam
illam & infinitam rationem sive Sapientiam,
etiamsi nobis secus videatur, ut in epistola ad
Eudoxium Rhetorem scribit Gregorius Na-
zianzenus, à temeritate illa & audacia censuræ
humanæ de vijs & judicijs divinis meritò ab-
stinemus, quorum caussæ occultæ esse possunt,
injustæ esse non possunt. Parentibus pijs &
intelligentibus solempne esse non ignoramus,
ut, quos maximè amant & ad frugem bonam
pervenire optant de suis liberis, eos diligenter-
simè sub severiori disciplina conclusos edu-
cent: peritis itidem hortorum cultoribus in
more & usu esse novimus, plantarum quasdam,
priusquam degenerent, evellere, ijsq; uti: quo-
dam florum, antequam è calice emergant, quo-
dam fructuum nondum maturorum decerpere,
& in mel aut saccarum recondere: quid mire-
mur aut indignemur, cœlestem illum paren-
tem nostrum, & magnum illum mundani horti
cultorem eadem cura erga nos affici, & idem si-
bi jus in nos, quos ipse in vitam velut prosemi-

navit, quos ad paradisi sui possessionem a ter-
ram excolit, quos rigavit, quibus incrementa
dedit, usurpare, alium severius, alium mitius
tractare, modò hunc, modò illum, serius, ocyus,
pro arbitrio liberrimo, pro judicio suo ut pru-
dentissimo, ita justissimo, decerpere, quemque
ad eum, quem ipsi destinavit, usum. Servum
in arcana sua inquirere paterfamilias non per-
mittit, quin ad ea, quæ ipsius curæ & fidei com-
missa sunt, perpetuò remittit: nos quoque, ne
in offensionem & iram D O M I N I nostri incur-
ramus, illa alfa, quæ ultra disquisitionem cen-
suramque nostram sunt posita, lubenter indi-
scussa relinquamus, & hoc potius agamus, quo-
modo vitam hanc, quam singulari Dei gratia
accepimus, ad ejusdem gloriam & publicam u-
tilitatem, piè, honestè, & laudabiliter transi-
gamus, & tandem bēata migratione concluda-
mus: id quod ornatissimo & politissimo juveni,
Dn. JOHANNI HEERMANNO, qui no-
bis de hisce iterum cogitandi scribendiq; occa-
sionem subministravit, unicè propositum fuī-
se, ex ijs, quæ partim ipsimet de ejus vita & o-
bitu beato novimus, partim ab alijs fide dignis
accepimus, liquidò constat. Natus ille fuit in
hac urbe anno 1600, die 11. Aprilis, circa horam
octas.

ostavam vespertinam, parentibus pietatis &
honestatis amantibus, patre viro prudentissi-
mo, CASPARO HEERMANNO, Senatorij
ordinis ornamento non vulgari, studiorum li-
beralium & in primis Musices cultori solertis-
simo, matre TELESTIA BESELI NS, ma-
tronialium virtutum nitore ornatissima: à qui-
bus ab ineuntis pueritiae initij in rudimentis
pietatis omnisque honestatis sedulò fuit & pri-
vatim domi institutus, & publicè scholæ Sena-
toriae magistris & juventutis informatoribus
eodem fine traditus. horum industria & fide,
cum, benedicente eorum laboribus Deo, tan-
tum profecisset, ut alio mitti ad uberiorem in-
genij cultum capiendum posse videretur, able-
gatus est, ad C. L. V. Dn. M. JOHANNEM
KIRCHMANNUM, Scholæ Lubecensis
rectorem laudatissimum, ut non modo in cœtu
illius ludi literarij disceret, sed etiam ex dome-
stico ejus convictu in sapientia & virtute profi-
ceret, biennium igitur ipsum cum in illa Im-
periali libera urbe transegisset, ad charissimos
parentes doctior meliorq; est reversus. ut au-
tem, quæ non infeliciter cœperat, strenue pro-
ratione suæ valetudinis à primis annis imbecil-
lioris persequeretur, primùm hic in academia

157
patria aliquamdiu substitit, deinde in superio-
rem Germaniam se contulit, & Witebergen-
sem, Lipsensem, Jenensemq; universitatem in-
visit, ibidemque cum viris CL. & doctiss. stu-
diosisq; amiciss. conversatus est: proculdubio
ingenij animiq; culturæ plusculum operæ da-
turus, si firmiores corporis vires ipsi divinitus
concessæ fuissent. Reversus ad lares patrios
matri suavissimæ & charissimæ, in quibus po-
tuit, adjumento fuit: pater enim anno abhinc
decimo tertio decessit. quam ejus erga genitri-
cem obedientiam & operam celeriori ex hujus
vitæ studio evocatione Deus compensatam vo-
luit, uti exempla alia nonnulla testantur, non
sine temperamento poculi amarioris, quod ex-
hibere cœlestis pater suis solet. crebris enim
infirmitatibus afflictus fuit, & quæ ei tandem
ultima immissa, cum ea totum semestre spa-
cium collectatus est, succumbente per mortem
corpore, vincente per Dominum nostrum Je-
sus Christum spiritu, die 23. hujus men-
sis, quando in fide placide exspiravit. Hujus
defuncti juvenis exuvia, cum hodie terræ, ma-
tri nostrum omnium ritu Christiano sint man-
dandæ, fas piu[m]q; est omnes academiæ cives
postremum honorem sui ordinis amantissimo

sesta-

152

sedatori præstare, & in eo non modò ostendere
condolentiam erga superstites, sed etiam bene-
volentiam & gratitudinem erga defunctum a-
vum paternum, Dn: NICOLAUM, & pa-
trem CASPARUM, HEERMANNOS,
Senatoriæ dignitatis viros, illum pro ratione
donorum divinitus sibi concessionem reipub-
patriæ commodis servientem, hunc, præter
illam publici officij curam, in ordinem litera-
rium & præcipue musicos benignum & bene-
ficium, quod testatur hodie, & testabitur ad se-
ram posteritatem organi musici opus nobile in
templo Georgiano, ipsius solius sumptu exædi-
ficatum: cui simile non vidit ætas nostra à quo-
quam alio, etjam majoribus fortunæ bonis in-
structo, factum. insignis itaq; & eximiæ istius
liberalitatis quotquot sunt scientes & memo-
res, gratianimi affectum hodie erga filium de-
clarabunt ultimo honoris officio. Nec præ-
tereunda nobis est silentio avia paterna, ELI-
SABETHA FRESEN, senatoris spectatissi-
mi, dn. NICOLAI FRESEN filia: neq;
avus maternus, ejusdem dignitatis Senatoriæ
consors, dn. IOHANNES BESELIN, nec
deniq; avia materna fœmina letissima MAR-
GARETA STEINS, filia dn. IACOBI
STEINS,

STEINS, itidem unius ex patrum conscri-
ptorum laudatissimo ordine: quorum omnium
& singulorum gratia tenemur hanc significa-
tionem nostræ gratitudinis edere, cuius rei gra-
tia ut convenire non graventur, in templo
Mariano, hodie hora prima med: omnes acade-
miae cives, rogo & publica voce eos in vita: com-
mendarie eadem opera salus & tranquillitas hu-
jus & vicinaruū regionum satis afflictarum po-
terit Deo optimo maximo, unico pacis &
omnis boni auctori, qui diuturna eaque gra-
vissima calamitate pressos tandem clemens suo
benignovultu respiciat, & potenti dextera sua
liberet. P.P.Rostochij cl̄ I^o CXXX.XXV.Jun.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771013000/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771013000/phys_0013)








Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771013000/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771013000/phys_0016)

DFG

señatori præstare, & in eo n
condolentiam erga supersti
volentiam & gratitudinem
vum paternum, Dn: NIC
trem CASPARUM, HE
Senatoriæ dignitatis viros
donorum divinitus sibi co
patriæ commodis servient
illam publici officij curam
rium & præcipue musicos
ficium, quod testatur hodie
ram posteritatem organi m
templo Georgiano, ipsius se
ficatum: cui simile non vid
quam alio, et jam majoribus
structo, factum. insignis i
liberalitatis quotquot sun
res, gratianimi affectum hi
clarabunt ultimo honoris
tereunda nobis est silentio
SABETHA FRESEN, f
mi, dn. NICOLAI FR
avus maternus, ejusdem d
consors, dn. IOHANNE
deniq; avia materna fœmin
GARETA STEINS, fi



ostendere
iam bene
unctum a
M, & pa
NNOS,
oratione
n reipub
c, præter
em litera
u & bene
tur ad se
nobile in
potu exædi
tra à quo
bonis in
niæ istius
& memo
filium de
Nec præ
na, ELI
pectatissi
lia: neq;
enatoriæ
IN, nec
a MAR
ACOBI
TEINS.